**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imáginés (*sive effígies*) sculpi aut pingi non réprobas, ut quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ oculis meditémur: hanc, quæsumus, imáginem (*seu sculptúram*) in honórem et memóriam unigeniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi (*vel beatissimæ Virginis Mariæ, Matris Domini nostri Jesu Christe, vel beati N., Apostoli tui, vel Martyris, vel Pontificis, vel Confessoris, vel beatæ N., Virginis, vel Martyris*) adaptátam bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris: et præsta; ut quicúmque coram ilia unigénitum Fílium tuum (*vel beatissimam Virginem,*

## BLESSING OF IMAGES—OF ST. BENEDICT MEDALS

et gloriosum Apostolum, **vel** Martyrem, **vel** Pontificem, **vel** Confessorem, vel gloriosam Virginem, **vel** Martyrem) suppliciter colere et honorare studuerit, illius meritis et obtentu a te gratiam in praesenti, et aeternam gloriam obtineat in futurum. Per eundem Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Lastly the Priest sprinkles it the with holy water.

### Blessing of Medals of St. Benedict

Proper to the Order of St. Benedict.

The Priest who is to bless the medal of St. Benedict says:

**A**DJUTORIUM nostrum in nomine Domini.

**R.** Qui fecit caelum et terram.

**E**XORCIZO vos, numismata, per Deum **✠** Patrem omnipotentem, qui fecit caelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, et omnis incursus, omne phantasma satanae, eradicare et effugare, ab his numismatibus: ut fiant omnibus qui eis usuri sunt, salus mentis et corporis: in nomine Pa **✠** tris omnipotentis, et Jesu **✠** Christi Filii ejus, Domini nostri, et Spiritus **✠** Sancti Paracliti, et in caritate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. **R.** Amen.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster **silently until**

**V.** Et ne nos inducas in tentationem.

**R.** Sed libera nos a malo.

**V.** Salvos fac servos tuos.

**R.** Deus meus, sperantes in te.

**V.** Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.

**R.** A facie inimici.

**V.** Dominus virtutem populo suo dabit.

**R.** Dominus benedicet populum suum in pace.

**V.** Mitte nobis, Domine, auxilium de sancto.

**R.** Et de Sion tuere nos.

**V.** Domine, exaudi orationem meam.

**R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

**D**EUS omnipotens, bonorum omnium largitor, supplices te rogamus, ut per intercessionem Sancti Benedicti, his sacris numismatibus, litteris ac characteribus a te designatis, tuam bene **✠** dictionem infundas: ut omnes, qui ea gestaverint ac bonis operibus intenti fuerint, sanitatem mentis et corporis, et gratiam sanctificationis, atque indulgentias (nobis) concessas consequi mereantur; omnesque diaboli insidias et fraudes, per auxilium misericordiae tuae, effugere valeant, et in conspectu tuo sancti et immaculati appareant. Per Dominum. **R.** Amen.

Orémus.

**D**OMINE Jesu Christe, qui voluisti pro totius mundi redemptione de Virgine nasci, circumcidi, a Judaeis

## BLESSING OF MEDALS OF ST. BENEDICT – BL. OF ST. MAURUS THE ABBOT

reprobári, Judæ ósculo tradi, vínculis alligári, spinis coronári, clavis perforári, inter latrónes crucifígi, láncea vulnerári, et tandem in Cruce mori: per hanc tuam sanctíssimam passióem humíliter exóro; ut omnes diabólicas insídias et fraudes expéllas ab eo, qui nomen sanctum tuum, his litteris ac caractéribus a te designáis, devóte invocáverit, et eum ad salútis portum perdúcere dignéris: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum. *R.* Amen.

The Priest then sprinkles the medal (s) with holy water.

### Blessing of the Sick with a relic of the True Cross of Our Lord Jesus Christ or the Sign of St. Maurus the Abbot (Proper to the Order of St. Benedict)

--COLOR OF STOLE – RED--

Before the blessing is imparted, the relic of the True Cross of our Lord\* is exposed, at least two candles having been lit. Acts of contrition and firm confidence should then be excited in the sick person, so that through the merits and intercession of St. Benedict and St. Maurus, if it should please God, health may be obtained. Three Our Fathers and as many Hail Mary's and Glory be to the Father are recited in honor of the Blessed Trinity. Then, a Priest of the Order of St. Benedict, or any priest delegated, having put on a red stole, and with his right hand holding up the relic of the Sacred Cross before the sick person, says:

*V.* Benedíctio et cláritas et sapiéntia et gratiárum áctio, honor, virtus et fortitúdo Deo nostro in sácula sæculórum. *R.* Amen.

*V.* Pes meus stetit in dirécto.  
*R.* In ecclésiis benedícam te, Dómine.

#### Invocatio

**P**ER sanctíssimum nomen Dómini invocátum, optátam tibi donet sanitátem illa fides, qua Sanctus Maurus per sequéntia verba ægrótos sanávit, et in qua ego, licet indígnus peccátor, eásdem preces super te humíliter préfero:

In nómine sanctíssimæ et invíduæ Trinitátis, adjútus méritis sanctíssimi Patris Benedícti, sta sanus (-a), *N.*, et incólumis super pedes tuos rectus (-a). In nómine Patris, et Filii, *✠* et Spíritus Sancti.  
*R.* Amen.

*Ant:* Vere languóres nostros ipsæ tulit, et dolóres nostros ipsæ portávit, cujus livóre sanáti sumus.

*V.* Qui propitiátur iniquitatibus hóminum.  
*R.* Ipse sanet infirmitátes tuas.

*V.* Benediction, and glory, and wisdom, and thanksgiving, honor and power and strength to our God for ever and ever. *R.* Amen.

*V.* My foot hath stood in the direct way.  
*R.* In the churches I will bless Thee, O Lord.

#### Invocation

**T**HROUGH the invocation of the most holy name of the Lord may that faith, in which St. Maurus, by employing the words that follow, healed the sick, and in which I, though an unworthy sinner, utter the selfsame words, restore thy health as thou dost desire:

In the name of the most holy and undivided Trinity, and supported by the merits of the most holy Father Benedict, I bid thee, *N.N.*, to rise, stand upon thy feet and be cured, In the name of the Father, and of the Son, *✠* and of the Holy Ghost. *R.* Amen.

*Ant:* Surely He hath borne our infirmities and carried our sorrows: by His bruises we are healed.

*V.* He that forgiveth the iniquities of men.  
*R.* May He heal thy infirmities.

\* The Sign may also be imparted with a Medal of St. Benedict.

## THE SIGN OF ST MAURUS THE ABBOT

℣. Dómine, exáudi oratióne[m] meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio

**D**EUS, ómnium cónditor creatúram, qui ad restauratióne[m] humáni géneris únicum Fílium tuum, cooperánte Spírítu Sancto, ex Maríá Vírgine incarnári constituísti, et per sacrosánctum ac gloriósum vivíficæ Crucis lignum vulnéribus et languóribus animárum nostrárum, nos rediméndo, subveníre dignátus es: ipse hunc fámulum tuum **N.** (hanc fámulam tuam **N.**) per vitális hujus signi virtútem ad prístinam reducere dignéris sanitátem. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

Oratio

**D**ÓMINE, Jesu Christe, qui magístro meo beáto Benedícto dedísti potestátem apud te impetráre, quod in nómine tuo péteret: tu per ipsíus intercessióne[m] cunctos ab hoc fámulo tuo (ab hac fámula tua) languóres repéllere dignáre; ut sanitáte percépta, gratiárum actióne[m] réferat nómini sancto tuo: Qui cum Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas in sácula sæculórum. ℟. Amen.

Signum

**P**ER invocatióne[m] immaculatæ Dei Matris et semper Vírginis Maríæ, et per intercessióne[m] sanctórum Benedícti et Mauri, Poténtia ✠ Dei Patris, Sapiéntia ✠ Dei Fílii, Virtus ✠ Spírítus Sancti líberet te ab ista infirmitáte. Amen.

Sicut fúerit beneplácitum ejus, sic fiat, et fiat tibi, sicut petis et desíderas ad laudem et honórem sanctíssimæ Crucis Dómini nostri Jesu Christi.

*The Priest then blesses the sick person with the relic of the Cross, saying:*

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spírítus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. ℟. Amen.

*The sick person then kisses the relic.*

*This blessing, if need be, is repeated three times, either on different days, or on the same day, as may be deemed necessary, also three votive Masses may be celebrated, namely in honor of the Passion of St. Maurus, Abbot, and for the Poor Souls; otherwise the Rosary of the Blessed Virgin Mary, in three different parts, according to the aforesaid intentions, will be recited by the sick person, or he may have it recited.*

℣. O Lord, hear my prayer.

℟. And let my cry come unto Thee.

℣. The Lord be with you.

℟. And with thy spirit.

Let us pray.

Prayer.

**O** GOD, the Creator of all things, Who didst ordain that Thy only Son should take flesh of the Virgin Mary by the power of the Holy Ghost for the restoration of mankind and didst deign to heal the wounds and infirmities of our souls by the redemption accomplished upon the sacred and glorious wood of the life-giving Cross: do then also vouchsafe through this powerful sign to restore health to this Thy servant **N.** Through the same Christ our Lord. ℟. Amen.

Let us pray.

Prayer

**L**ORD Jesus Christ, Who didst confer upon my master blessed Benedict the privilege of obtaining from Thee whatsoever he might ask in Thy name: vouchsafe, through his intercession, to heal all the infirmities of this Thy servant: in order that being restored to health, he (she) may give thanks to Thy holy name, Who livest and reignest with the Father and the Holy Ghost forever and ever. ℟. Amen.

Sign

**T**HROUGH the invocation of the immaculate Mother of God and ever Virgin Mary, and the intercession of Saints Benedict and Maurus, may the power ✠ of God the Father, the Wisdom ✠ of God the Son, and the strength of the Holy ✠ Ghost free thee from thy infirmities. Amen

May God's holy will be done, and may it be done unto thee as thou dost wish and pray, for the praise and honor of the Most Holy Cross of our Lord Jesus Christ.

May the blessing of almighty God, of the Father and of the Son, ✠ and of the Holy Ghost descend upon thee and abide with thee forever. ℟. Amen.



# The Blessing of Rosaries or Beads

(Proper to the Order of Preachers)

--WHITE STOLE--

**A**DJUTORIUM nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Oremus.

**O**MNÍPOTENS et miséricors Deus, qui propter eximiam caritátem tuam, qua dilexísti nos, Fílium tuum unigénitum, Dóminum nostrum Jesum Christum, de cælis in terram descéndere, et de beatíssimæ Vírginis Mariæ Dóminæ nostræ utero sacratíssimo, Angelo nunciánte, carnem suscípere, crucémque ac mortem subíre, et tértia die glorióse a mórtuis resúrgere voluísti, ut nos eríperes de potestáte diáboli: obsecrámus imménsam cleméntiam tuam; ut hæc signa Rosárii, in honórem et laudem ejúsdem Genetrícis Fílii tui ab Ecclésia tua fidéli dicáta, bene ✠ dicas, et sanctí ✠ fices, eisque tantam infúndas virtútem Spírítus ✠ Sancti, ut, a quicúmque horum quódlíbet secum portáverit, atque in domo sua reverénter tenúerit, et in eis ad te, secúndum hujus sanctæ Societátis institúta, divína contemplándo mystéria devóte oráverit, salúbri et perseveránti devotióne abúndet, sitque consors et párticeps ómnium gratiárium, privilegiórum, et indulgentiárum, quæ eídem Societáti per Sanctam Sedem Apostólicam concéssa fúerunt, ab omni hoste visíbili et invisíbili semper et ubíque in hoc sæculo liberétur, et in éxitu suo ab ipsa beatíssima Vírgine María Dei Genetríci tibi plenus bonis opéribus præsentári mereátur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spírítus.

℞. Amen.

*The Priest sprinkles the Rosaries with holy water.*

**O**UR help is in the name of the Lord.

℞. Who hath made heaven and earth,

℣. The Lord be with you.

℞. And with thy spirit.

Let us pray.

**A**LMIGHTY and merciful God, who, out of the surpassing love which Thou hast bestowed upon us, didst will, in order to deliver us from the power of the devil, that Thine only begotten Son, our Lord Jesus Christ, should come down upon earth, and at the message of an Angel take flesh from the most sacred Womb of our Lady, Blessed Mary, and undergo the death of the Cross, and the third day rise gloriously from the dead: we implore Thy unbound mercy that Thou wouldst bless ✠ and sanctify ✠ these Beads, dedicated by Thy faithful Church to the honor and praise of the same Mother Of Thy Son, and wouldst so abundantly pour forth upon them the power of the Holy ✠ Ghost that whosoever shall carry them, and shall reverently keep them in his house, and shall devoutly pray unto Thee, dwelling on the divine mysteries, according to the rules of this holy Society, may abound in true and lasting piety, and may share and partake in all the graces, privileges, and indulgences which have been granted to the same Society by the Holy Apostolic See; and may always and everywhere be kept safe from every foe, visible and invisible, in this present world, and may finally at the hour of death, full of all good works, be found worthy to be presented unto Thee by the same most Blessed Virgin Mary, Mother of God. Through the same our Lord Jesus Christ, etc.

BLESSING OF ROSARIES

## The Short Form of Blessing Rosaries or Beads

(Proper to the Order of Preachers)

**A**D laudem et glóriam Deiparæ Virgini Mariæ, in memóriam mysteriõrum vitæ, mortis et resurrectõnis ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, bene ✠ dicátur et sancti ✠ ficétur hæc sacratíssimi Rosárii coróna: in nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. Amen.

**F**OR the praise and glory of the Blessed Virgin Mary, Mother of God, and in commemoration of the life, death and resurrection of our Lord Jesus Christ, may these Beads be blessed ✠ and sanctified ✠ in the name of the Father, and of the Son, ✠ and of the Holy Ghost. Amen.

## Blessing of Candles

Outside the day of the Purification of the B.V.M.

On the Feast of the Purification itself, as well on any other day, the Violet Stole is used.

--VIOLET STOLE--

**A**DJUTÓRIUM nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Oratio.

**D**ÓMINE Jesu Christe, Fíli Dei vivi, béne ✠ dic candélas istas supplicatiõnibus nostris: infúnde eis, Dómine, per virtútem sanctæ Cru ✠ cis, benedictiõnem cælestem, qui eas ad repelléndas ténebras humano géneri tribuísti; talémque benedictiõnem signáculo sanctæ Cru ✠ cis accípiant, ut quibuscúmque locis accénsæ, sive pósitæ fúerint, discédant príncipes tenebrárum, et contremíscant, et fúgiant pávidi cum ómnibus ministris suis ab habitatiõnibus illis, nec præsumant ámplius inquietáre, aut molestáre serviéntes tibi omnipoténti Deo: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Then the Priest sprinkles the candles with holy water.

## The Blessing of Throats

The Blessing of Candles on the Feast of St. Blaise,  
Bishop and Martyr

--STOLE – RED-OR COLOR OF THE DAY--

The color of the Stole for blessing the Candles and for blessing the throats immediately after the Mass, will be the same as that used in sayinh the Mass, at any other time of the day, red.

**A**DJUTÓRIUM nostrum in nómine Dómine.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.



## BLESSING OF THROATS

Orémus.

**O**MNÍPOTENS et mitíssime Deus, qui ómnium mundi rerum diversitatés solo verbo creásti et ad hóminum reformatiónem illud idem Verbum, per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es et imménsus, terríbilis atque laudábilis, ac fáciens mirabília: pro cujus fídei confessióne gloriósus Martyr et Póntifex Blásius, diversórum tormentórum génera non pavéscens, martýrii palmam felíciter est adéptus: quique eídem, inter céteras grátias, hanc prærogatívam contulísti, ut quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret; majestátem tuam suppliciter exorámus, ut non inspéctu reátus nostri, sed ejus placátus méritis et précibus, hanc ceræ creatúram bene ✠ dícere ac sancti ✠ ficáre tua venerábili pietáte dignéris, tuam grátiam infúndendo; ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fúerint, a quocúmque gútturis morbo, ipsíus passiónis méritis, liberéntur, et in Ecclésia sancta tua sani et hílares tibi gratiárum réferant actiónes, laudéntque nomen tuum gloriósum, quod est benedíctum in sácula sæculorum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculorum. *R.* Amen.

The candles are sprinkled with holy water.

When the Mass is over, the Priest takes off the chasuble and maniple, and holds two unlit candles, tied together in the form of a Cross, close to the throat of those to be blessed, and whilst they are kneeling before the Altar, he says:

**P**ER intercessiónem sancti Blásii, Epíscopi et Mártiris, líberet te Deus a malo gútturis, et a quólibet álio malo. In nómine Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti. *R.* Amen.

**T**HROUGH the intercession of Saint Blaise, Bishop and Martyr, may God deliver thee from all disease of the throat, and from every other evil. In the name of the Father, and of the Son, ✠ and of the Holy Ghost. *R.* Amen.

## Blessing of a New House

--STOLE – COLOR OF THE DAY--

The Priest vested in Surplice and Stole, says:

**A**DJUTÓRIUM nostrum in nómine Dómini.  
*R.* Qui fecit cælum et terram.  
*V.* Dóminus vobíscum.  
*R.* Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**T**E Deum Patrem omnípoténtem suppliciter exorámus pro hac domo, et habitatóribus ejus, ac rebus: ut eam bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre, ac bonis ómnibus ampliáre dignéris: tribue eis, Dómine, de rore cæli abundántiam, et de pinguédine terræ vitæ substántiam, et desidéria voti eórum ad efféctum tuæ miseratiónis perdúcas. Ad intróitum ergo nostrum bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris hanc domum, sicut benedícere dignátus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra paríetes domus istíus Angeli tuæ lucis inhábitent, eámque, et ejus habitatóres custódiant.

**O**UR help is in the name of the Lord.  
*R.* Who hath made heaven and earth.  
*V.* The Lord be with you.  
*R.* And with thy spirit.

Let us Pray.

**O** HEAVENLY Father, Almighty God, we humbly beseech Thee to bless ✠ and sanctify ✠ this house and all who dwell therein and everything else in it, and do Thou vouchsafe to fill it with all good things: grant to them, O Lord! The abundance of heavenly blessings and from the richness of the earth every substance necessary for life, and finally direct their desires to the fruits of Thy Mercy.

At our entrance, therefore deign to bless ✠ and sanctify ✠ this house as Thou didst deign to bless the

## BLESSING OF A SCHOOL

Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

house of Abraham,, of Isaac, and of Jacob; and may the Angels of Thy light dwell within the walls of this house; and may they protect it and those who dwell therein. Through Christ our Lord. *R.* Amen.

The Priest then sprinkles the house with holy water.

## Blessing of a New School

--STOLE – COLOR OF THE DAY--

The Priest vested in surplice and stole, sprinkles the class rooms with holy water, and says:

**P**AX huic dómui.

*R.* Et ómnibus habitántibus in ea.

*V.* Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

*R.* Qui fecit cælum et terram.

*V.* Dóminus vobíscum.

*R.* Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**D**ÓMINE Jesu Christe, qui Apóstolis tuis præcepísti, ut, in quæcúmque domum intrárent, pacem illi adprecaréntur, sanctí ✠ fica, quæsumus, per ministérium nostrum hanc domum púeris (vel puéllis) educándis destinátam; effúnde super eam tuæ bene ✠ dictionis et pacis abundántiam, fiat eis salus, sicut dómui Zachæi, te intránte, facta est; manda Angelis tuis, ut eam custódiant, et ab ea omnem inimíci repéllant potestátem; reple docéntes in ea spírítu sciéntiæ, sapiéntiæ et timóris tui; discéntes cælésti grátia fove, ut, quæ salutáriter edocéntur, intelléctu cápiant, corde retíneant, ópere exsequántur; atque omnes habitóres ejus virtútum ómnium opéribus tibi pláceant, ut in ætérrnam domum in cælis aliquándo récipi mereántur. Per te, Jesu Christe, Salvátor mundi, qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. *R.* Amen.

**P**EACE be unto this house.

*R.* And unto all who dwell herein.

*V.* Our help is in the name of the Lord.

*R.* Who hath made heaven and earth.

*V.* The Lord be with you.

*R.* And with thy spirit.

Let us pray.

**O** LORD Jesus Christ who hast commanded Thy Apostles to invoke the blessing of peace on any house they entered, sanctify, ✠ through our ministry, we beseech Thee, this house built for the training of our boys (or girls, or children); pour forth upon it the fullness of Thy blessing ✠ and peace; let that fullness be for them a means of salvation, as it was for the house of Zachæus, when Thou didst enter it; bid Thy Angels watch over it and repel from it every assault of the enemy; fill the teachers with the spirit of knowledge, of wisdom, and of Thy fear; grant to the pupils grace from above that, whatever they are taught, they may grasp and ever recall and practise; may all those who dwell herein, by leading a life of virtur, please Thee and deserve one day to be received into the everlasting abode of Heaven. Through Thee, O Christ Jesus, Saviour of the world, who livest and reignest God for ever and ever. *R.* Amen.

A longer and more solemn formula for the blessing of a new school is to be found in the *Rituale Romanum*, Appendix, *Benedictiones non Reservatæ*, n. 21.

BLESSING OF AN INFANT – BL. OF A VEHICLE

## The Blessing of an Infant

--WHITE STOLE--

NOTE – This form may be used also in the dedication of a child.

The Priest, vested in Surplice and White Stole, says:

**A**DJUTORIUM nostrum in nómine Dómini

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Deus noster miserétur.

℞. Custódiens párvulos Dóminus.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**D**ÓMINE Jesu Christe, Fíli Dei vivi, qui, ante ómnia sácula génius, in témpore tamen infans esse voluísti, et hujus aetátis díligis innocéntiam; qui párvulos tibi oblátos amáncer compléxus es, íisque benedixísti: infántem istum (infántes istos) præveni in benedictiónibus dulcédinis, et præsta, ne malítia mutet intelléctum ejus (eorum): eíque (eisque) concéde, ut profíciens (proficiéntes) aetáte, sapiéntia et grátia, tibi semper placére váleat (váleant): Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculorum. ℞. Amen.

**O**UR help is in the name of the Lord.

℞. Who hath made heaven and earth.

℣. Our God is merciful.

℞. The Lord who keepeth little children.

℣. O Lord, hear my prayer.

℞. And let my cry come unto Thee.

℣. The Lord be with you.

℞. And with thy spirit.

Let us pray.

**O**LORD Jesus Christ, Son of the living God, begotten before all ages, who didst wish however, to become a little infant, and loving the innocence of childhood didst tenderly draw to Thyself little children and embrace and bless them: direct this little infant in the blessing of Thy sweetness and grant, we beseech Thee, that its soul may escape the corrupting influence of wickedness; and that, advancing in age, and wisdom, and grace, it may always be most pleasing to Thee: Who livest and reignest with God the Father, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end. ℞. Amen.

Then the Priest sprinkles the infant with holy water in the form of a cross, saying:

**P**AX et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílii, ✠ et Spírítus Sancti, descéndat super te (vos), et máneat semper. ℞. Amen.

**M**AY the peace and blessing of Almighty God, the Father, and the Son, ✠ and the Holy Ghost descend upon thee and remain with Thee always. ℞. Amen.

## The Blessing of Automobiles

--STOLE – COLOR OF THE DAY--

The Priest vested in Surplice and Stole, says:

**A**DJUTORIUM nostrum in nómine Dómini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

BLESSING OF A VEHICLE – BL. FOR ALL THINGS

Orémus.

**P**ROPITIÁRE Dómine Deus, supplicatióibus nostris, et béne ✠ dic currum istum dextera tua sancta: adjúnge ad ipsum sanctos Angelos tuos, ut omnes, qui in eo vehéntur, líberent et custódiant semper a periculis univérsis: et quemádmódum viro Æthiopi super currum suum sedénti et sacra elóquia legénti, per Levítam tuum Philíppum fidem et grátiam contulísti; ita fámulis tuis viam salútis osténde, qui tua grátia adjúti bonisque opéribus júgiter inténti, post omnes viæ et vitæ hujus varietátes, æténa gáudia cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

The Priest sprinkles the vehicle with holy water.

Let us Pray.

**O** GOD, our Lord vouchsafe to hear our prayers, and bless ✠ this vehicle with Thy right hand; bid Thy holy Angels stand by it, to save and protect from every danger all those who tarvel in it, and, just as, through Thy levite Philip, Thou didst grant faith and grace to the Ethiopian who was sitting in his chariot and reading Thy sacred words, show likewise to Thy servants the way of salvation, that, helped by Thy grace and ever striving to do good works, they may, after all the vissitudes of their life and journey here below, rejoice forever. Through Christ our Lord.

℟. Amen.

## The Blessing for All Things

--STOLE – COLOR OF THE DAY--

This formula of blessing can be used by any Priest for all those things for which no special blessing is found in the *Rituale Romanum*.

**A**DJUTÓRIUM nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**D**EUS, cujus verbo sanctificántur omnia, bene ✠ dictionem tuam effúnde super creatúram istam (creatúras istas): et præsta, ut, quisquis ea (eis) secúndum legem et voluntátem tuam cum gratiárum actióne usus fúerit, per invocatiónem sanctíssimi nóminis tui, córporis sanitátem et ániniaé tutelam, te auctóre, percípiat. Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

The Priest then sprinkles it (or them) with holy water.

**O**UR help is in the name of the Lord.

℟. Who hath made heaven and earth.

℣. The Lord be with you.

℟. And with thy spirit.

Let us pray.

**O** GOD, by whose word all things are sanctified, pour forth Thy blessing ✠ upon this creature (these creatures) that whosoever shall use it (them) with thanksgiving, according to Thy law and will, may receive from Thee, through the invocation of Thy holy Name, health of body and peace of soul. Through Christ our Lord. ℟. Amen.

## Blessings to be Performed by Bishops or by Others having Faculties

--STOLE – COLOR OF THE DAY--

### Blessing of Sacerdotal Vestments in General

**A**DJUTORIUM nostrum in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**O**MNÍPOTENS, sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum pontificália, et sacerdotália, seu levítica vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem et decórem nóminis tui fíeri decrevisti: adésto propítius invocatióibus nostris: ut hæc induménta sacerdotália (hoc induméntum sacerdotále), désuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictiõe per nostræ humilitátis servítium puri ✠ ficáre, bene ✠ dícere, et conse ✠ cráre dignéris: ut divíni scúltibus et sacris mystériis apta et benedícta exsístant (aptum et benedíctum exsístat): his quoque sacris vestibus (hac quoque sacra veste) Pontífices, et Sacerdótes, seu Levítæ tui indúti, ab ómnibus impulsiónibus, seu tentatióibus malignórum spírítuum muníti et defénsi esse mereántur: tuísque mystériis apte et condígne servíre et inhærére, atque in his tibi plácite et devóte perseveráre tríbue. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Orémus.

**D**EUS, invictæ virtútis triumphátor, et ómnium rerum créator ac sanctificátor: inténde propítius preces nostras; et hæc induménta (hoc induméntum) leviticæ, sacerdotális, et pontificális glóriæ, mínistris tuis fruénda (fruéndum), tuo ore próprio bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris: omnésque eis (eo) uténtes, tuis mystériis aptos, et tibi in eis devóte ac laudabíliter serviéntes, gratos effícere dignéris. Per Christum Dóminum nostrum, **R.** Amen.

Orémus.

**D**ÓMINE Deus omnípotens, qui vestiménta Pontíficibus, Sacerdótibus, et Levítis in usum tabernáculi fœderis necessária, Móysen fámulum tuum ágere jussísti, eúmque spírítu sapiéntiæ ad id peragéndum replevísti: hæc vestiménta (hoc vestiméntum) in usum et cultum mystérii tui bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris: atque mínistros altáris tui, qui ea (id) indúerint, septifórmis Spírítus grátia dignánte repléri, atque castitátis stola, beáta fácias cum bonórum fructu óperum ministérii congruéntis immortalitáte vestíri. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Then he sprinkles the vestments with holy water

## The Blessing of the Linens for the Altar

--STOLE—COLOR OF THE DAY--

ADJUTORIUM nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

EXÁUDI, Dómine, preces nostras: et hæc linteámina (hoc linteámen), sacri Altáris usui præparat (-um), bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre dignéris. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

DÓMINE Deus omnípotens, qui Móysen fámulum tuum ornaménta et linteámina fácere per quadragínta dies docuísti, quæ étiam María téxuit, et fecit in usum ministérii tabernáculi fœderis; bene ✠ dicere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris hæc linteámina (hoc linteámen) ad tegéndum involvendúmque altáre gloriosíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Then he sprinkles them with holy water.

## The Blessing of Corporals and Palls\*

--STOLE—COLOR OF THE DAY--

ADJUTORIUM nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

CLEMENTÍSSIME Dómine, cujus inenarrábilis est virtus, cujus mystéria arcánis mirábilibus celebrántur: tríbe, quæsumus; ut hoc linteámen tuæ propitiatiónis bene ✠ dictione sanctificétur ad consecrándum super illud Corpus et Sánguinem Dei et Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, bene ✠ dicere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris linteámen istud ad tegéndum involvendúmque Corpus et Sánguinem Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Orémus.

OMNÍPOTENS Deus, mánibus nostris opem tuæ benedictiόνis infúnde: ut per nostram bene ✠ dictionem hoc linteámen sanctificétur, et Córporis ac Sánguinis Redemptóris nostri novum sudárium, Spírítus Sancti grátia, efficiátur. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

He then sprinkles them with holy water.

\* Palls should be blessed, together with Corporals, with one and the same blessing. Purificators had better be blessed: for this blessing, the formula of the blessing of Altar Linens is used, and the words calcis and calicem are used instead of Altaris and altare.



## The Blessing of a Tabernacle

That is the blessing of a Vessel for keeping the Holy Eucharist.

--STOLE--COLOR OF THE DAY--

Under this heading also come the Ciborium, the Pyx, and also the Lunula: all these should be blessed: the Ostensorium itself may be blessed.

**A**DJUTORIUM nostrum in nómine Dómini.

*R.* Qui fecit cælum et terram.

*V.* Dóminus vobíscum.

*R.* Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, majestátem tuam súplices deprecámur: ut tabernáculum (*seu* vásculum) hoc pro Córpoře Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi in eo condéndo fabricátum, bene ✠ dictionis tuæ grátia dicáre dignéris. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum. *R.* Amen.

He then sprinkles it with holy water.

For the blessing of the Ostensorium, the following formula may also be used:

**A**DJUTORIUM nostrum in nómine Dómini.

*R.* Qui fecit cælum et terram.

*V.* Dóminus vobíscum.

*R.* Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, vásculum istud, pro Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi Córpoře fidélium veneratióni exponéndo fabrefáctum, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignáre: ut omnes, qui eúndem Unigénitum in hoc sáeculo pio afféctu venerántur, et in futúro perpétuam pietátis suæ mercédem accipíant. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

The then sprinkles it with holy water.

## The Blessing of Oil Stocks

--STOLE--COLOR OF THE DAY--

**A**DJUTORIUM nostrum in nómine Dómini.

*R.* Qui fecit cælum et terram.

*V.* Dóminus vobíscum.

*R.* Et cum spírítu tuo.

Orémus.

**E**XÁUDI, Dómine, Pater clementíssime, preces nostras: et hęc purificánda vasa, Ecclésiæ tuæ sacri ministérii usui preparáta, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

## BLESSING OF ROSES

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, a quo ómnia immúnda purgántur, et in quo ómnia purgáta claréscunt: súpplices omnipoténtiam tuam invocámus; ut ab his vasis, quæ tibi ófferunt fámuli tui, omnis spíritus immúndus confúsus longe discédat, et per tuam bene ✠ dictionem ad usum et ministérium Ecclésiæ tuæ sanctificáta permáneant. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

*He then sprinkles it with holy water.*

### The Blessing of Roses in Honor of St. Theresa of Jesus— The Little Flower

(Proper to the Order of Carmelites)

--WHITE STOLE--

ADJUTÓRIUM nostrum in nómine Dómini.

*R.* Qui fecit cælum et terram.

*V.* Dómini exaudi orationem meam.

*R.* Et clamor meus ad te veniat.

*V.* Dóminus vobíscum.

*R.* Et cum spíritu tuo.

DÓMINE Jesu Christe, respice propitius super has rosas, quas in honorem Sanctæ Teresiæ Virginis, Sponsæ tuæ, bene ✠ dicimus: et præsta, ut omnes, earum fragrantiam gustantes, in odorem unguentorum tuorum currant, et, eadem Sponsa tua interdente, tam animæ quam córporis sanitátem percipere mereántur: Qui vivis et regnam in sæcula sæculórum. *R.* Amen.

*The Priest then sprinkles the roses with holy water*

OUR help is in the name of the Lord.

*R.* Who hath made heaven and earth.

*V.* O Lord hear my prayer.

*R.* And let my cry come unto Thee.

*V.* The Lord be with you.

*R.* And with thy spirit.

LORD Jesus Christ, in Thy clemency look upon these roses which we bless in honor of Thy pure Spouse St. Teresa; and grant that all those who scent their fragrance, may run after the savor of Thy ointments, and, through her intercession, deserve to obtain the health both of soul and body: Who livest and reignest for ever and ever. *R.* Amen.

### A Short Form of Blessing Baptismal Water

--VIOLET STOLE--

#### The Blessing of the Font

*That is of Baptismal Water, outside of Holy Saturday and the Eve of Pentecost.*

*The Font should first be thoroughly cleansed and then filled with clear water, the Priest preceded by the Cross-bearer and two acolytes and the thurifer, goes to the Font and there recites the Litany of the Saints, either in the usual form or in the shorter form of Holy Saturday.*



## BLESSING OF BAPTISMAL WATER

Before the words UT NOS EXAUDIRE DIGNERIS, he makes the sign of the Cross over the water as he says twice:

UT Fontem istum ad regenerándam tibi novam prolem bene ✠ dícere, et conse ✠ cráre dignéris.

℟. Te rogámus, audi nos.

After the last Kyrie eléison, he says distinctively Pater noster, and Credo in Deum, etc., and then:

℣. Apud te, Dómine, est fons vitæ.

℟. Et in lúmine tuo vidébimus lumen.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, adésto magnæ pietátis tuæ mystériis, adésto sacraméntis: et ad recreándos novos pópulos, quos tibi fons Baptísmatis párturit, spírítum adoptiÓNis emítte; ut, quod nostræ humilitátis geréndum est ministério, virtútis tuæ impleátur efféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculórum. ℟. Amen.

### Exorcism of the Water

EXORCÍZO te, creatúra aquæ, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te in princípío verbo separávit ab árida: cujus Spírítus super te ferebátur, qui te de paradíso manáre jussit.

The Priest here divides the water with his hand and sprinkles it towards the four parts of the world, and continues:

Et in quátuor flumínibus totam terram rigáre præcépit: qui te in desérto amáram per lignum, dulcem fecit atque potábilem; qui te de petra prodúxit, ut pópulum, quem ex Ægýpto liberáverat, siti fatigátum recreáret. Exorcízo te per Jesum Christum, Fíliu ejus únicum, Dóminum nostrum: qui te in Cana Galilææ signo admirábili sua poténtia convértit in vinum: qui super te pédibus ambulávit, et a Joánne in Jordáne in te baptizátus est. Qui te una cum ságuine de látere suo prodúxit: et discíplis suis jussit, ut credétes baptizárent in te, dicens: Ite, docéte omnes gentes, baptizátes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spírítus Sancti; ut efficiáris aqua sancta, aqua benedícta, aqua, quæ lavat sordes, et mundat peccáta. Tibi ígitur præcípio, omnis Spírítus immúnde, omne phantásma, omne mendácium, eradicáre, et effugáre ab hac creatúra aquæ, ut qui in ipsa baptizándi erunt, fiat eis fons aquæ salíentis in vitam ætérnam, regénerans eos Deo Patri, et Fílio, et Spírítui Sancto, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. ℟. Amen.

Orémus.

DÓMINE sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, aquárum spirituálium sanctificátor, te suppliciter deprecámur: ut ad hoc ministérium humilitátis nostræ respícere dignéris, et super has aquas, abluéndis et purificándis homínibus præparátas, Angelum sanctitátis emítas, quo, peccátis vitæ prióris ablútis, reatúque detérso, purum Sancto Spírítui habitáculum regeneráti éffici mereántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculórum. ℟. Amen.

He breathes thrice over the water in the form of the Greek Letter Ψ; then he puts incense in the thurible and incenses the Font.

He pours the Oil of the Catechumens (Oleum Sanctum) into the water in the form of a cross, saying distinctly:




Sanctificétur, et fecundétur fons iste Oleo salútis renascéntibus ex eo in vitam ætérnam, in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spírítus ✠ Sancti. ℟. Amen.

## BLESSING OF BAPTISMAL WATER

He then pours the Chrism into the water in the form of a cross, saying:

Infúsió Chrísmatis Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti Parácliti, fiat in nómine sanctæ Trinitátis.  
℞. Amen.

He takes the Stocks containing the Holy Oil and the Chrism and pours from both at the same time, in the form of a cross, saying:

Commíxtio Chrísmatis sanctificatiónis, et Olei unctiόnis, et aquæ Baptísmatis páriter fiat in nómine Pa  tris, et Fí  lii, et Spíritus  Sancti.  
℞. Amen.

He then mixes the Holy Oil, the Chrism and the water together, stirring all around with the right hand extended. At the end, he cleans his hands with bread and washes them: the water in which he has washed them is poured into the sacrarium.

